Manoscritti
Palat.
1110

21. 4

n. Gt 1110

V. 1028

7

5.

Arringa fatta da Cola Montano
ai Lucchesi per la libertà loro e di
tutta la Toscana contro la
Tirannide di Lor.° de Medici

Questo Cola Montani è di patria Sanese, ed esiste
di lui stampato un Epigramma al Segreto di
M. Franco Petrarca in Prosa volgare
impresso in Siena per Simeone di Niccolò Stam-
patore adì 17 di Xbre 1517 in 4.° p. 150
Nelle Genealogie Istoriche T. II. p. 217. si dice che questo
Cola Montano fu precettore di Galeazzo Sforza. Questo Cola
si ritirò in Toscana e fu fatto impiccare per ordine di Lor.° de
Medici per aver fatto forse quest'orazione

+

Oratio Colę Montani ad Lucenses pro libertate sua

Oratio Cole. Montani ad Lucenſes
pro libertate ſuę, et totius Ethrurię
ſeruādę aduerſus Laurentium Me-
dicem tyrannum flagitioſiſs :

Magnum gaudium adnuncio uobis uiri Lucenſes, Romanus Pontifex, et Sicilię Rex amicitiam, et ſocietatem ueſtram petitum miſerunt. Judas Machabeus cum populi R. amicitiam, et ſocietatem per legatos petiiſſet, lęto ſenatu, et populo receptus eſt. Quanto uos Romanis eſtis inferiores, quanto Sicilię Rex, et Summus Pontifex uel dignitate, uel potentia, uel opum, et imperij magnitudine Machabeo ſuperiores, quanto hi uobis q. ille Romanis uiciniores, tanto uos communi duorum Mundi ſummi ſocietatem auidius complecti. Semper apud omnes nationes ampla fuit Regum, et Pontificum authoritas, et reuerentia. Romani ex amicitia, et ſocietate Machabei preter labores, et impenſas nihil ſperantes, ſue tamen rei p. decoris exiſtimauerunt, ſi cum probo, et religioſo uiro, quamq; imperij uiribus exiguo, ſocietatem coirent. Vos cum duobus Italię, atq; adeo Mundi prin=

cipibus, quorum fauore beatitudinem consequi uobis licet, societatem inire dubitatis? Sed heret forsitan aliquis uestrum, quod a societate cum florentinis quondam inita discedi non putat oportere. Vana hec cogitatio uiri. Lucensium timor, et necessitas, non uoluntas, nec beniuolentia societatem illam conciliauit. Inter florentinos enim spoliatores, et Lucenses ab eis spoliatos, mutilatosque suis ornamentis, et precipuis membris non alia potest beniuolentia, quam que inter lupos, et agnos solet intercedere. In hanc sententiam plura non reor dici oportere, ne frustra probare nitar, quod uos ultro profiteamini necesse est, et quod nemo ignorat, qui de illorum temporum rationibus aliquid intelligit, iam nunc abiit causa societatis timor. Cur non recedat societas timoris effectus? Nihil uiolentum durabile, minime autem uiolenta foedera, que omnium libero consensu conciliari oportet. Spurius Postumius, et C. Veturius, duces exercitus Romani ad fur-

cas caudinas a Sannitibus fraude circumuenti pacem cum hostibus pepigere. Id foedus quoniam ab inuitis per necessitatem, non libero arbitrio factum constabat, Senatus damnauit, Senatus autem iudicium sequentium preliorum fortuna probauit. Sannitibus crebro fugatis, cesisque, ac demum in seruitutem redactis. Antiquum est, et uulgare prouerbium, coactos per uim homines omni iure solutos, et foedera non stare, que sint facta metu, sapientium uoce predicatur. At enim fingamus societatem cum florentinis ab initio optima ratione conciliatam fuisse. Quid est aliud societatis foedus, nisi certa colligationis forma, qua omnes connexi equaliter tenentur, ea uidelicet ratione, ut quicunque societatis iura fregerit, impune, ac sine perfidie culpa ab aliis fracta sibi fidem sentiat. Non obscurum est prouerbium. Fidem frangenti non seruandam esse fidem, et qui perfido fidem prestat, non fidelis in alium, sed proditor in seipsum iudicatur. Multi ueteres gentilium, Iudeorum,

Chriſtianorū eos, qui fidem uiolaſſent nullius rei, aut facti compenſatione ſeruandos exiſtimarunt. Sic Tullius Romanorum Rex Metium Suffetium Albanorum dictatorem, qđ ille fidem non plane ſeruarat, quiqꝫ ſociū et amicum quadrigis diripuit. Sic Petrus Apoſtolus Ananiam cum uxore illius Saphira, qđ agri ſui pretiū donantes non totum plena fide ad apoſtolorum pedes retulerant, uerbis caſtigans occidit. Sic Dauit Rex trucidauit Amalachitam. Quid plura? Deus omnipotens populo ſuo idola colenti promiſſa nō ſeruauit. Sic florentinorū tyranni, hoc eſt domus Medicorum ab initio ſocietatis monte Caroli, et Motronem ex pacto reddiderunt, ſi ſepe alias, et nuper in bello Genuenſium fideles extiterunt; ſi uos fraude ſua in bellum periculoſiſſimū falſa auxiliorum ſuorū ſpe coniectos non prodiderunt, reddite uicem bonis ſociis, et parem fidei gratiam referte. Sin uos omni fraudū genere circumuentos in extremas calamitates impellere tentarunt, impuliſſentqꝫ, ni uobis auctoritate ſua Rex, ac

Pontifex ſubueniſſent. Que ueſtra eſt bonitas ne dicam ſtultitia, proditoribus fidei ſeruande titulo perfidie fomites miniſtrare? inimicos ueſtros ſubleuare, amicos deſerere? Quid eſt aliud, qꝫ ueſtram libertatē, urās opes, ueſtras uxores, et liberos prodere? Equidem miror Viri Lucen., quemqꝫ eſſe tam rudem, qui in priuatis duarum ciuitatum foederibꝫ earum alteri etiam poſt multas alterius in ſe fraudes tenendam iudicet in ſe fidem, de communi Chriſtianorum fide nullam curam habeat. An uos obliti eſtis quid agat in terris Pontifex Romanus? Dominus eſt omnium Chriſtianorum, nullum foedus, nulla lex, nec publica, nec priuata contra Romani Pontificis auctoritatem ſanciri poteſt. Vult Chriſti Vicarius legem, ac foedera ualere, ualent, uult aboleri, cadunt, iuſte aut iniuſte ſanat, et abolet; nihil ad nos, ipſe uiderit. Nos quecumqꝫ preceperit, niſi paremus, i. prophani ſumus, et Anatheme, quoqꝫ defendere poſſim nihil eſſe iniuſtum, qđ uelit Pontifex Deus eſt terrenus, ſufficit pro

ratione ipsius uoluntas. temerarij. dementisq; est hos in coelum ponere, dixit inspiciens in corde suo non est deus corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Caiphas in euangelio, non quia sciret quid diceret, sed cum esset pontifex illius anni prophetauit. Nimirum Pontifex errare non potest, scilicet operatur in eo Spiritus sanctus, & quamuis ne ipse quidem factorum, dictorumq; suorum rationes explicare ualeat, nihil tamen agit nisi sanctum, est enim Vicarius domini, cuius iuditia abissus multa, & nemo fuit consiliarius eius. Quecumq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Balaam Ariolus quum ad maledicendum populo Dei asina ueheretur, Angelo in uia resistente humanis uerbis contra dominum suum asina disputauit; uidelicet demonstrare dominus uoluit facilius uniuerse nature ordinem confundi posse, quam Pontifex, qui per figuram sub Ariolorum persona significantur uel cupientes quicquam contra Dei uoluntatem aut agere possint aut loqui. Quorsum licet aliquis dicet. quorsum? ut perspicias quanto in errore uolutemini. Laurentius Medicus ne dicam amplagiarius pontificali. apostolicaq; censura, immo uero celesti fulmine ictus est diabolis attributus, furiis concessus cum omnibus siue florentinis, siue alienigenis, quicumq; illius impio furori quolibet modo affuerint, quiq; pro uiribus suis nepharium Christi hostem non oppugnarint. Si Laurentio fraterna charitate, & arctissimo sanguinis uinculo essetis omnes coniuncti, tamen diuini iudicij fulmina uitantes charitatem in odium conuertere, & Christi inimico inimicitias, & publice, & priuatim indicere, atq; exercere debueritis. Propter huiusmodi consultationes Jesus dixit. Non ueni in terram mittere pacem, sed gladium, propter me surget homo contra patrem suum, & filia contra matrem suam, & nurus contra socrum suam, & inimici hominis proximi eius. Qui diligit patrem suum, aut matrem suam, plusquam Deum non est Deo dignus. Et uos Pontificis mandatis, hoc est uocibus diuinis, nephandissimi Tyranni gratiam prefertis, Multi religionum spre-

tores ab impiorum ſocietate calamitatum ſuarum exemplis
ſanos homines deterrent. Claudius pulcher, et C. Flami=
nius ille primo, hic ſecundo Romanorũ aduerſus Cartha
ginem bello ob contemptas religiones magno ſuo, et patriæ
damno ſuperati ſunt. Marcum Craſſum contra Romano=
rum religiones bellum partis inferentem, a Tribuno plebis
furiis deuotum primo certamine cum toto exercitu uictum
amiſſo prius filio periiſſe; non aliam ob cauſam quam quod
religiones ſpreuerat proximi inter Romanos, et Parthos,
certaminis fortuna probauit. Cum C. Caſſius eiuſdem
Craſſi queſtor paucis, ac trepidantibus relliquiis de fu=
giente exercitu collectis, Parthos toto exercitu fuſo, ceſo
duce, et filio eius feroces ſuperauit maioremque quam Craſſus
acceperat plagam Parthis reddidit non .n. opibus, et uir=
tute ſua Craſſum Parthi uicerant, Nam ita multo fa=
cilius uiciſſent, ſed Craſſum ſpreta religione, et deuotio
Tribunitia libidini hoſtium permiſerunt. Caſſio uirtus

Romana nullo numine contrario uictoriam peperit; ſi contra
quamuis falſam arma gerentes uictoriam hoſti ceteris rebus in=
feriori tamen reliquerunt. Cur uos Laurentio ſanctæ uniceque
religionis hoſti nephario Anathemate excommunicato pontificali
execratione deuoto occiſorum ab ſe Ciuium Sacerdotum,
Pontificum umbris aſſidue infeſtato, nulla belli ope regi, aut
Pontifici conferendo, ridicula fidei oſtentatione cum periculo
ueſtræ libertatis, et omnium bonorum ueſtrorum adherea=
tis. Primus Judeorum Rex Saul, aut propheta Samuel
unctus quamdiu diuinæ uoluntati, et prophetæ conſiliis ob=
temperauit, ubique uictor hoſtium poſteaque contumaci ſpiri=
tu diuinam iram prouocauit regali unctione per eundem
prophetam ad dauid eſt iam translata quisque in hoſtes di=
uinæ legis dimicaret. Saul telis eorum confoſſus ſuper
gladium ſuum irruens miſerabiliter de uita migrauit;
cumque illo filij tres, et alij multi hoc ſolo nocentes quod
Saul eſt non deſeruerant neglectæ religionis poenas acer=

ba morte luerunt. Vos Laurentio, non Regi, ſed tyranno
non unius perperam facti contumaciam, ſed perpetuis per tota
uitam uſuris, proditionibus, cedibus, rapinis, omnium ſce-
lerum, et impietatis genere, diuinam iram, meritò. non clam
per unum quemuis Chriſti ſeruum, ſed palam per Ro-
manum Pontificem Chriſti uicarium in orbis terrarum
conſpectu priuato, non regali unctione quam nunq; attigit
nunq; cum omni ſua temeritate ſperare auſus eſt, ſed
omni humanitatis uſu, et conſuetudine repulſo non con-
tra diuinę legis hoſtes, ſed contra Vicarium Chriſti,
contra coelum arma ferenti nos nunq; tanto monſtro ſocietate
quam nunq; iniuiſtis ſeruare pergentes. breui, et illi, et
amicis illius debitas ferre calamitates expectatis, aequi
uetuſta ſunt exempla, hec ex nr̃is temporibus longe
remota. Quid Piſanos uicinos ueſtros etate patrum
ueſtrorum? Quid noſtra Sigiſmundum Malateſtam
eximium inter Italicos principes cum multis eius niſi diuina

ira, et pontificalis deuotio ad exitum miſerabilem perduxit?
Vera ſunt iſta uiri Lucen., et que animum quantumuis
ſopitum excitare queant. illa multo meliora que reſtant.
Vos cum florentinis ſocietatem iunxiſtis, cum libera ad-
huc eſſet illa Ciuitas, cum paſti Nerones. Acciarioli, Sodo-
rini ſuis ſententiis, et auctoritate ſua florentinorum rem p.
gubernarent, nunc ille familię ſceleribus Laurentii parti
cędibus delete, partim in exilium perturbatę ex iure foede
ris antiqui auxilium ueſtrum implorant. Quid eſt, a ra-
tione remotius, quam eos cum quibus ſocietatem ſanxeris, e-
iuſdem ſocietatis cauſa ad excidium proſequi, et tyranno
contra illorum ſalutem, libertatemq; inani fidelitatis
titulo fauere! Nihil eſt in rerum natura magis contra-
rium, quam libertas tyranno, et uos tyranno fidem ſeruare
pergitis, quam cum libera ciuitate pepigiſtis. Romani,
quorum exempla preter eorum ſapientiam libenter uſurpo
legionem ſuam. quę regium ſociam ciuitatem per tyrannidem

occupauerant armis uictam ſecuri percuſſerunt, non .n. locorũ ſed perſonarum rationem in ſocietatibus conſiderabant. Si Turcę, aut Mauri florentiam occuparent, non propter poſſeſsionem loci teneretis illorum ſocietatem, non arbitror, quia ſocios ueſtros bonos ciues florentinę libertatis amatores eieciſſent, aut occidiſſent. Quid igitur non eſt Laurentius eiuſmodi Mauris, ac Turcis eo peior, quo ſceleſtius eſt patrię ſuę tyrannum fieri, quã alienę. Si poſſet Florentinorum res. p. loqui, & cum reliquos ſocios, tum uos precipue ad suę libertatis conſeruationem ex foedere ſocietatis uocare certe cogeremini, aut perfidiam fateri, aut rationem aliquã allegare, aut ſociorum libertati ſuccurrere. Nunc res. p. loqui non poteſt, uocem .n. ſuam perdidit, cum hij qui pro ea loqui ſolebant, aut nepharijs cędibus ſublati ſunt, aut in exilium detruſi, At pontifex Romanus, & Rex Siculus iuſtitię patroni, & oppreſſorum ſubleuatores pro florentinorũ, poſtq; omnium hetruſcorũ, & pro ueſtra libertate uos monent

& quid

& quid nobis agendum ſit, uerbo, atq; exemplo demonſtrant. Quid expectatis? Quid cunctamini? An ue ſerui remigio addicti quemcũ nouis dominum ꝑferunt, ita uos cuicumq; tyranno parebitis uana fidei ſpecie decepti, & non ut ſocii nauales, cũ alio rectore aliam putabitis rationem ſeruandam, nihil mihi arrogo, & uos, q; ego ſum, multo doctiores exiſtimo, tamen memorandi, non docendi gratia dicam. Non legiſtis apud M. Tullium in multis eius libris, non apud diuinum Platonem, non apud S. Thomam, nõ apud S. Auguſtinum, non in hiſtoriis biblię, non in aliis ſapientum, & sanctorũ libris adeo abhominabiles eſſe tyrannos, ut quicumq; illis adhereat coram Deo, & hominibus ſceleſtus, & impius habeatur, & neq; ſolum tyrannos occidere liceat, uerum etiã ſi aliter tyrannorum uim effugere nequeamus, noſmet ipſos necare oportet, ſi more barbaro florentinorum malis inſultare, potius q; ueſtris bonis conſulere uobis libet, ſeruate cum florentinorum tyranno ſub inani foederis umbra

conditiones quas cum libera illorum ciuitate percuſſiſtis, Sin ueſtrę libertatis conſeruationem, et ueſtri ſtatus augumentum et odio, et ceteris rebus, ſicuti bonos, et ſapientes uiros decet anteponere ſtatuiſtis, expergiſcimini aliquando, et aduerſus commune Hetruſcę libertatis hoſtem conſurgite. Multi credunt imperij cauſa etiam ius uiolandum eſſe. Vos pro imperio ueſtro ſanctum ius, hoc eſt, tyrannidis odium, ac depulſionem Pontifice Romano, et Rege Siculo duobus maximis principibus Chriſtianorum adhortantibus, uerum adiuuetis, cunctamini! Satis manifeſtum opinor Viri Lucen. nullo federi uinculo ciuitatem ueſtram florentinis minime, aut Laurentianę tyrannidis iugum perferentibus obligatam eſſe. Age modo conſideremus quam prudenter, quamquam est, ueſtra resp. in ſocietate tyranni perſiſtatis. Et quidem hoc a prudentibus probatum eſſe uideo, atque obſeruatum, ut in omni conſultatione, et honeſtatis ratio dicatur, et utilitatis duabus his rebus

omnia commoda, omnes bonas hominum fortunas conſtare; honeſtas certe ab iſto ueſtro conſilio diſtat. Quid enim magis inhoneſtum, turpe, infame, abhominabile, quam excommunicatos, et anathemas, prophanos complecti, et ſuſtinere! Eccleſiam Dei perditiſſimorum gratia hominum lędere, et a quibus plurima damna pertuleris, eos in periculis iuuare, amicos negligere, inimicos adeſſe alienos miſerari ſe, ac contemnere.

Quid porro quam poteſtis ex florentinorum ſocietate, preſertim quandiu Mediceorum tyrannide uexabuntur ſperare utilitatem, qui quoties per fortunam licuit ueſtram libertatem occupare, uos in ſeruitute deprimere totis uiribus conati ſunt, qui ſi umquam ſpiritum collegerint, ſi ex hoſtium faucibus ullo modo poterunt, elabi non ceſſabunt inſidias uobis tendere, bellum indicere, exercitum ad muros agere, fame, ac ferro libertatem, ac uitas ueſtras petere. An uobis excidit preteriti temporis memoria, quum uillas ueſtras florentini Medicis auctoribus uaſtabant, caſtella occupabant, urbem oppugna-

bant, populum ueſtrum ad ultimã deſperationem fame compellebant.
Dum tempus uires eorum confringit, ne ſimilia in uos am-
plius imq; tentare poſſint. Non habebitis ſemper Nicolaum
paruulum, qui uos a florentini hoſtis crudeliſſimi ſeuitia bis
liberauit. Cui miror a uobis imagines publice locatas, hono-
res haberi proprie dominos, quia libertatẽ ueſtram, a flo-
rentinorum ſeruitute uindicauit. Florentinis autem ipſis
Medicorum ſtimulatione familia ueſtrorum malorum ſe-
minariis fidem ullam preſtari, aut ullã omnino rem credi.
Senes ueſtros audiui predicantes eiuſdem Nicolai paruulj con-
ſilium qđ ille cum urbem ueſtram, a Florentinorũ obſidione li-
beraſſet, maioribus ueſtris dedit libertatem ueſtram euſq;
duraturam, dum uos omni prorſus florentinorum conſuetudi-
ne abſtineretis. Tenebat dux ille bellorum peritiſſimus, ueſtri
amantiſſimus, florentinorum artium doctiſſimus tantam eſſe
in florentinis, maximeq; in Medicis aſtutiam, malitiam, pro-
dendi calliditatem, ſubornandi, pollicendi, largiendi uſum,

ut nullomodo uos ab illorum fraudibus cauti eſſe poſſetis,
ſi cum ueſtris hominibus liberam commertij facultatem ha-
berent florentini urbem ueſtram nullis machinis expugnabilē
ab aliquo ſemper amico belli auxilium in florentinos reper-
turã florentinorum medicis uigentibus iniquitates, & perfi-
dias fugiendo tantum a uobis poſſe uitari, magnum deberet
pondus illius ducis auctoritas apud uos habere; quecumq; res
eueniſſent, maius ã eo qđ experientia rerum illius dicta
probantur, neq; n. deterruit florentinorũ tyrannum tertio ab
hinc anno ullum iuſiurandum, aut ulla fidei religio, quo-
minus pacis, ac ſocietatis tempore tota Italia quieſcente, cũ
nemo quicumq; hoſtile in hetruria ſuſpicaretur per Galeatium
Sfortiam uos prodere, & libertatem ueſtram mercari niteretur.
Quo quidem tempore ego anxius, ueluti pro mea patria ex
urbe Bononia per immenſas niues, & ingentia frigora apenni-
no ſuperato periculum uobis ueſtrum nunciaui non erubuit
haud multos poſt menſes uos in bellum genuenſium suis polli-
citis & proditionibus fraude, atq; aſtutia impulſos deſerere;

meminerat uerbum aui ſui Coſmę Medici, qd̄ ille predicare
ſolebat, a florentinis Lucen̄ bello non eſſe petendos, ne floren-
tinorum uiribus fractos alius occuparet. Ceterum si ab a-
lio quouis bellum Lucenſibus inferretur, facillime florenti-
nos suo ipſius ingenio (Sic n. ſcelera, & proditiones appella-
bant) Luca urbe potituros, sexcenta ſunt teſtimonia de flo-
rentinorum, maximeq; de familię medicorum in Lucen̄ per
fidia, quę niſi uos manifeſte ſciretis, nunq̄ iſtas nocturnas, di-
urnaſq; uigilias tanto labore ueſtro, tantaq; impenſa ꝑ tot
annos urbi cuſtodiendę ſeruaretis; quid ſibi uolunt nocturni
ꝑ Vrbem ciuium diſcurſus; quid murorum luſtratio continua?
quid portarum cuſtodes? quid alia prope infinita, quę ne
obeſſe quidem Ciuitates caſtris hoſtium circumſeptę tam di-
ligenter omnia peragunt? Quid timetis? Quid suſpicamini?
certe preter florentinos neminem, o sanctam florentini tyrā-
ni societatē, qua durante, maiori uobis eſt opus cuſtodia,
q̄z si potentiſſimus hoſtis urbem ueſtram uictore exercitu
circumſedente omnibus belli malis premeret. Probantur

uobis iſta viri Lucen̄, sed uno tamen adhuc modo ueſter ani-
mus diſtringitur, ſcilicet ueremini ne bello superiores floren-
tini uictorem exercitum in uos conuertant, ſi cum rege, ac
pontifice contra ipſorum tyrannum belli conſilia iungatis,
quaſi uero florentini non ſemper precipue, tamen ex quo
familia Mediaorū potens facta eſt, in uos machinati ſunt,
quęcunq; potuerunt, enitimini modo, ne per fortunam
liceat eis offendere uos, nam per uoluntatē uobis neq; igno-
uerunt unq̄z, neq; ignoſcent, q̄zq̄z uereor ne iam uobis a-
dulari uidear, cum qd̄ Rex, & Pontifex etiam ſine uobis
licet non tam facile, tamen quoquo modo effecturi ſunt.
ad illud ego uos hortor, ueluti ſi abſq; ueſtra opera nullo
modo duo Chriſtianorū ſummi principes iuſtiſſima uota
ſua complecturi uideantur, non ea ſolummodo cauſa moti
ad uos miſerunt, uerum illa quoq; qd̄ potentiam eorum
maximam clementia, & benitas non minor comitatur pp.

eccleſiaſticam hetruſcamq; libertatem arma ſumpſerunt, ut unicuiq; populo iura ſua redditura, uel cum magna ſtrage piam uoluntatem ſuam perficient. tamen eo maiorem ex ſuis benefactis uoluptatem percepturi ſunt, quo minore hetruſcorum incommodo hetruriæ ſtatum compoſuerint. Ob hoc igitur ueſtram ſocietatem petunt, ut nullo malo ueſtro libertatem ſeruent ueſtram. amiſſa reſtituant, fines ueſtros extendant. Vident .n. uos florentinis coniunctos plus magna damno ex bello perpeſſuros, quam illius incommodi, aut ſe percipiendi tempus adueniat. Nam in bellorum furore non diſcuſſis plane ſingulorum cauſis, quod uincendi ratio ſuadet, non quod quiſq; mereatur, ſepe conſiderari ſolet. Nihil inquam aliud duo terrena Chriſtianorum numina haud uobis quærunt, niſi ut uos ſine ullo bello detrimento uictoriæ fructum ſecum percipiatis. Quanti namq; belli molem ſpe ueſtrorum auxiliorum ſuſceptam irridetis. Nimium fallimini Viri

Lucen. & Regis, ac Pontificis ſapientiam non ſatis notam habetis. Multa illi pertulerunt, ne bellum in Italia uiderent. Omnia quibus Laurentij Medicis tyranni cum furore moderatum iri, uerisimile erat prius fruſtra experti immedicabile uulnus, ne pars ſincera traheretur, enſe recidere aggreſſi ſunt, cum iam plane belli euentum, & martem, alias fere commune ſecum perſpexerunt eſſe. prius non ſpe lucrorum, que ſemper contempſerunt, non uindicta iniuriarum, non cupiditate gloriæ, nonulla prorſus cauſa, aut ratione de pacis complexu deuelli potuerunt, & quiq; animis. ac uiribus mo nodo. Laurentio nuper aut mercatura ad tyrannidem ludibrio fortunæ elato, ſed ne uniuerſis quidem terrarum poteſtatibus eſſent inferiores, tamen non ante ſuſceperunt bellum quam iuſtiſſimis, ac neceſſariis ſociorum, & amicorum querelis prouocati ſunt; & cetera uictoriæ ſpe uitari cum ſuis, et hoſtium uiribus examinatis, quem finem res eſſet habitura, longe tanquam e ſpecula proſpexerunt; qui, ſiquid eſſet de

uictoria dubitandum, profecto ſuo ingenio, et ea, qua omnes uincunt, et preteritos, et preſentes rerum prudentia prouidiſſent, dubij nunq; ſe in bellum, incerti exitus miſiſſent, et qui olim iuniores, nihil unq; niſi grauiſſimo conſilio adorti ſunt, iam grandiores haudquaq; inconſiderate quidq; tentaſſent, minime notari licet in Rege temeritatem, multo minus in Pontifice, cuius etas, uitaq; omnis profeſſio, dignitas ſapientiam undiq; protendunt. Primo igitur duo Chriſtianorũ lumina ad bellandum traxit, ut antedixi iuſtitia pro ſociorum, et amicorum incolumitate, ac pro eccleſiaſtica, Hetruſcorumq; libertate, tum ſapientia, qua clare docentur, nulla re hoſtem ipſis eſſe comparandum. Ponite uobis ante oculos florentini tyranni uires, non equis abundant, non uiris, non armis, non commeatu, non ſocios habent niſi infoelices, et iam fere de omni bona fortuna deſperantes, non ciuilem concordiam, non pecuniam, qua uiri rerum bellicarum

peritiſſimi bellorum neruos appellant, non duces, quorum ſpe uirtus contra omnium opinionem bellorum fortunam commutauit, non deniq; ullam rem ad reſiſtendum aptam ne dum ad uincendum idoneam. Et contra Rex, et Pontifex tantam uim habent equorum, quantum omnes florentinorum opes ad alendum paucis diebus non ſufficiunt, tantum commeatus, quantum omnis Italia multis annis abſumere debeat, tantum porro uirorum, ut nullos commeatus non paucos exiſtimes, et cuiuſmodi uirorum nempe Principum Italie, quorum nobilitatem ſubiectarum urbium nomina, rerum geſtarum famam, ne audire quidem ſine tremore florentinorũ tyrannus ualeat. Armorum uero eam copiam, qd ſi exercitum ſpectes, nulla in Regis, et pontificis urbibus relicta ditas, ſi apothecas deinde urbium intueare, nulla a militibus ablata credas. Concordia inter eos, que inter patrem ſapientiſſimum, ac filium, ac ſumma pietate preditum debet eſſe. Iam pecunie numerum

muli quotidie per agros, et oppida Senenſium auro. atq; ar-
gento percuſſo onerari ſatis declarant. uel potius innumera-
bilem eſſe ſignificabant. Socios omnes habent, qui aliquid
uirium tenent, preter eos, quos partim uicere, partim ad
meliorem ſenſum conuertere, et uolunt, et poſſunt. Itaq;
ſocietatem ueſtram querunt, quam non uincere, ſed potius
beneficiis explere, atq; augere malunt. Si modo uos ueli-
tis uetera quedam exempla in iſtam deliberationem addu-
cere geſſerunt, alii Reges cum florentinis bellum haud
magno florentinorum damno. Que nam eſt hec ſimilitudo
Viri Lucen.? Num ſimul cum Regibus etiam ſummi Ponti-
fices bellabant, in florentinos minime quid, quod illis bellis
florentini erant unanimes, nunc diuiſum in ſe regnum tenent,
quod cito deſoletur oportet, tunc per orbem terrarum longe, lateq;
mercatores eorum collectam pecuniam patrie ſubſidio mini-
ſtrabant. Nunc menſis illorum Neapoli, et Rome
per omnes gentes fidem prodiderunt. tunc ob iuſtam, uel ſaltem ob

ſimulatam

ſimulatam cum iuſtitia adminiſtrationem magna apud ſo-
cios, & ſubditos fide colebantur, nunc propter crudelem, et
auaram tyrannidem omnes rerum nouarum cupidos red-
diderunt, nemo regum cum florentinis bellauit Senenſi-
bus amicis. At eccleſia Romana quondam rebelles fa-
uore Senenſium, tributum pendere coegit. Et poſtea Iohan-
nes Galeatius uice comes primus Mediolanenſium dux
Senenſium uiribus, et locorum oportunitate adiutus anno
abhinc circiter octuageſimo eo difficultatum compulit flo-
rentinos, ut caſtris circum urbem poſitis, obſeſſi deſperan-
tes cetera, miſſis etiam legatis, qui deditionem, ſolam
illius ducis mortem intuerentur, ac ueneno maturarent,
quia nullus, aut filiis, aut heredibus timor ingruebat.
Regem noſtrum, et melior cauſa, et maior ſapientia, haud
uenenis, ceteriſq; malis tuetur. Tu robuſta, & numeroſa
filiorum, iamq; etiam nepotum ſoboles protegit, hoſtibuſq;
non tam de morte Regis ſperandum, quam pro ſalute orandum.

ne filij natura, et etate uehementiores, ac noua, ingentiq; iniuria commoti, contra florentinos ſeuius irruant. Sed iam reuertamur ad belli rationem. Idem Senenſes ad comprimendam florentinorum ſuperbiam nati, quibus annitentibus ſemper uicti ſunt florentini bellum diu flagitantes grauiter conſtanterq; gerunt, pro florentinis periclitabatur aliorum Regum bellis plumbini dominus. Idem ſub noſtro Rege filij locum tenet. Genuenſes noſtri Regis, et Pontificis beneficio de acerbiſsima Cichi ſeruitute liberati totis, animis fauent. Alios Reges ne dum odio, sed armatis quoq; claſsibus inſectabantur. Romana eccleſia alios Reges florentinorum hoſtes armatos uexauit, aut quieta improbauit cum noſtro Rege pugnat. Immo uero Regem eccleſia ueluti pium, ac fidelem, obſequentemq; filium ad bellum exciuit gerendum pro libertate eccleſiaſtica ad impiam ſacerdotum, ac pontificum cedem ulciſcendam, ad Hetruriam protegendam, ad coercendam unius tyranni

rabiem, quo dominante numq; quieta fuit. ſed hec illo incolumi umq; erit eccleſia. Quid uobis ego Romana nobilitatem pro ſua eccleſia bellantem Urſinos, Columnas, comites, Sabellos referam? Quid umbrorum decus Interamnatis Iuſtinos? Quid peruſinum robur? Quid Camertinum principem? Quid Martis alumnum Pinum Ordelaffium fori Liuij dominum? Quid uero Federicum Urbinatum ducem totius Pontificalis, et regie militie Principem etatis noſtre Fabium, qui numq; uictus eſt, numq; dubia uictoria hoſtem reliquit ſemper uicit, omni bellica, et ciuili laude, omnem antiquitatem aut equauit, aut ſuperauit, de quo silere fuerit ſatius q; pauca loqui. qui ſolus etiam inermis uirtute ſua de florentinis uictoriam reportare ualet. Deficio ſub pondere. Viri Lucenſes, et Alphonſum Regis primogenitum patris, ac Pontificis uicarium, magno preter antedictos exercitu ſumma uirtute, ſumma induſtria bellum adminiſtrantem. quibus uerbis digne commemorem non reperio. Iam.

ex Hetruria in Lygures flectamus animum. Fere in portis
uestris alius est Regis, Pontificisque exercitus, quem uos, e-
xercitum tota animi, et oculorum acie lustrare debetis
Viri Lucen. Hic sunt potentissimi, nobilissimique domus
Flisce principes, popularesque. Hinc Julius Aquauiua Ur-
sinus prudentia, et rebus gestis clarus. Hinc uirtutum
princeps semper inuictus, semper interritus, semper fide-
lis, parua manu res maximas perficere solitus Robertus
Seuerinas pristinis uictoriis conspicuus, recenti uero etiam
admirandus. Militum hi omnes integra fide contra floren-
tinorum tyrannum, quorum minima pars horribilior est illi,
quam olim fuit auo eius Cosme, et florentinis omnibus. Alphon-
sus Rex filio suo Regi nostro, neque ducum militie uirtute,
et numero, neque filiorum copia, neque etatis integritate, neque
pecunie ui, neque amicitiarum fide, ac multitudine confe-
rendum, et tamen idem Rex Alphonsus, nullo Italorum
fautore, eludentibus Senensibus, exiguis copiis maxi-

ma damna florentinis intulit, captis illorum oppidis, que
nunquam omnia receperunt, cum liceret gallici belli temporibus,
occupato malis intestinis rege, Igilium, et Castilionum ueluti
in magno corpore ungium extrementa Rege uix sentiente, ac
pene inscio recuperare. Sed Cosmas Medicis nepoti suo multo
prudentior, ac sagacior, quia suum, et florentinorum statum
uidebat amica ecclesia Romana, et Siculorum Rege fore
sempiternum, eisdem inimicis cito perituris, neglecta ueteri gal-
lorum cum florentinis amicitia, concessione Castilioni, et Igilij
addito insuper quantum potuit fauore Regis, et ecclesie ami-
citiam sibi, et patrie comparauit, quam nepos eius si conser-
uare uoluisset, facile autem poterat, nisi se totum furori
permisisset, hodie quietus pulcherrimum locum in patria
foelici teneret, in qua turbulentissima per stultitiam suam
cum uite periculo fluctuat. In tanta namque morum, et
uoluntatum dissimilitudine, perpetua durare amicitia
non potuit. Rex, ac Pontifex omnium christianorum quiete-

fouebant, toto animo in Turchas conuerſi. At improbus iſte liberi ſemper ante ſe patrie tyrannus, aut amico ſuo Regis pupillo Plumbinum furari tentabat, aut Senenſes Regis, et Pontificis amicos per Carolum Montonem bello petebat, uos autem fiducia ſocietatis incautos, aut ſimillimo ſui emere ſtudebat, aut Tyfernũ ab eccleſie iure deducere conabatur, aut ui oppidum montonem ab eccleſia obſeſſum contra Pontificis ſanctitatem ſubſidia mouebat, aut Ciſternam oppidum eccleſie nocturno tempore ſcalis occupare nitebantur, aut Peruſinos contra ipſorum, et eccleſie quietem ad ciuilem ſanguinem ita exacuebat, q[uo]d nõnullis iam obtruncatis uix ſeditiones ſedare Pontifex ualuit, aut Manfredos fratres ad emulationem principatus contra primo genitum Fauentie dominum erigebat. Interea ſummos Principes aut ore nefando laceſſere, aut uenenis appetere non deſinebat. His omnibus, et aliis pleriſq[ue] quorum magnam partem pre pudore magnam, pre indignatione taceo. Rege ac Pontifice in ſe accenſis, diuinam quoq[ue] iam concitauit, propter quam perire illi neceſſe eſt perditam cauſam fouenti etiam ſi uinceret opibus, quibus longe ſuperatur. Vos igitur Viri Lucenſes Regis, ac Pontificis auctoritatem, potentiam, ſapientiam, fortunam conſiderate. Laurentij debilitatem, ſeuitatem, imprudentiam, ſtultitiam, calamitates cognoſcite, q[uam] iuſte arma utrinq[ue] ſint capta examinate. Dum in ueſtram conſultationem, non utrum hanc, an illam foueatis adducite, uerum utrum cum hoſte publico eccleſie Romane, hetruſce libertatis, Italice quietis ruere, an cum Pontifice, et Rege triumphare malitis, eligite.